



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis  
Pars// Prior**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Avgvstae Treverorum, 1574**

**VD16 A 766**

Decem Præcepta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

**Docenda populū.**<sup>10.</sup>  
**R**emissionem peccatorum.<sup>11.</sup>  
**C**arnis resurrectionem.<sup>12.</sup>  
**E**t vitam æternam. **A**men.**DECEM PRÆCEPTA DEI IN****VETERI TESTAMENTO IN DVA-**  
bus tabulis lapideis per Moysen data, & in nouo  
testamento explicata, & ad perfectionem adducta.<sup>1.</sup>  
**E**go sum Dominus Deus tuus.**N**on habebis deos alienos coram me.**N**on facies tibi sculptile, vt adores  
illud.<sup>2.</sup>  
**N**on assumes nomen Dei tui in vanū.<sup>3.</sup>  
**M**emento vt diem Sabbathi fan-  
ctifices.**Secundæ tabulæ præcepta.**<sup>4.</sup>  
**H**onora patrem & matrem tuam, vt  
sis longæuus super terram.<sup>5.</sup>  
**N**on occides.**N**on



## Docenda populum.

CCXXXIII.

<sup>6.</sup>  
**N**on moechaberis.

<sup>7.</sup>  
**N**on furtum facies.

<sup>8.</sup>  
**N**on loqueris contra proximum  
tuum falsum testimonium.

<sup>9.</sup>  
**N**on concupisces vxorem proximi.

<sup>10.</sup>  
**N**on domum, non agrum, non ser-  
uum, non ancillam, non bouem, non a-  
sinum, & vniuersa quæ illius sunt.

**HÆC ETIAM, HIS VERSIBVS MEMO-**  
**RIÆ CAUSA, ADDICI POSSUNT.**

**V** num crede Deum: nec iures vana per ipsum  
**S** abbata sanctifices: habeas in honore parentes.  
**N** on sis occitor: fur, moechus: testis iniquus.  
**A** lterius nuptam: nec rem cupias alienam.

## Quinque præcepta Ecclesiæ.

*Præcipua quinque numerantur, cuique Christiano & citu, &  
obseruatu necessaria.*

1. **S**tatutos Ecclesiæ festos dies celebrato.
2. **S**acrum Missæ officium diebus festis reuerenter audito.
3. **I**eiunia certis diebus, temporibusq; indicta obseruato. vt in Qua-  
dragesima, quatuor anni temporibus, & Festerum quorundam so-  
lennium pridianis diebus, quos maiores nostri, quod iisdem tempo-  
ribus in templis noctu peruigilaretur, vigilias appellârunt.
4. **P**eccata tua Sacerdoti proprio annis singulis confitetur.
5. **S**acro sanctam Eucharistiam ad minimum semel in anno, idque  
circa festum Paschæ, sumito.

**V** 3. **Sep-**